Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Capita Dvodecimi Libri.

urn:nbn:de:gbv:45:1-724024

Visual Library

figura uſus eſt. Caput XV
Quod græcorum quorundam uerborũ difficillima eſt in latinam linguam mutatio, uelut quod græce dicitur πολυπραγμοσύνη. Caput XVI
Quid ſignificat in ueteribus prætorum edictis, quod flumina retanda publice redempta habent. Caput Caput XVII
Qua pœna Draco Athenienſis in legibus, quas populo Athenienſi ſcripſit, fures affecerit. & qua poſtea Solon, et qua item Xuiri noſtri, qui. XII. tabulas ſcripſerunt. atq; inibi adſcriptum, quod apud Aegyptios furta licita, et permiſſa ſunt, apud Lacedæmonios aũt cum ſtudio quoq; affectata, et pro exercitio utili celebrata, ac præterea M. Catonis de puniendis furtis digna memoria ſententia. Cap. XVIII

CAPITA DVODECIMI LIBRI.

d Iſſertatio Phauorini philoſophi, qua ſuaſit nobili fœminæ, ut liberos, quos peperiſſet, non nutricum adhibitarum, ſed ſuo ſibi lacte aleret. Caput I.
Quod Anneus Seneca iudicans de Q. Ennio, deq́; M. Tullio, leui, futiliq́; iudicio fuit. Cap. II
Lictoris uocabulum qua ratione conceptum ortumq́; ſit, & ſuper eo diuerſæ ſententiæ Valgi Rufi, & Tullij Cic. liberti acceptæ. Caput III
Ex Q. Ennij ſeptimo annalium uerſus, quibus depingitur finiturq́; igenium, comitasq́; hominis minoris er-

ga amicum ſuperiorem. Caput IIII
Sermo Tauri philoſophi de modo, atq; ratione tolerādi doloris ſecundum ſtoicorum decreta. Cap. V
Quod græci ænigma dicunt, latini antiqui ſcirpos appellauerunt. Caput VI
Quā ob cauſam Cn. Dolobella proconſul ream mulierem ueneficij, confitentem'q; ad Areopagitas reiecerit. Caput VII
Reditiones in gratiam nobilium uirorum memoratu dignæ. Caput VIII
Quæ dicantur uocabula ancipitia, & quod honoris quoq; uocabulum ancipiti ſententia fuerit. Caput IX
Quod æditimus uerbum latinum ſit. Cap. X
Errare iſtos, qui ſpe, et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua nulla ſit, & ſuper ea re Peregrini philoſophi ſermo ex Sophoclis poetæ ſententia. Caput XI
Faceta reſponſio M. Cic. amolientis a ſe crimen manifeſti mendacij. Cap. XII
Intra Calendas cum dicitur quid ſignificet, utrum ante Calendas, an Calendis. An utrunq;. Atq; inibi quid ſit in oratione M. Tullij intra oceanum, & intra montem Taurum, & in quadam epiſtola intra modum. Caput XIII
Saltem particula quā uim habeat, & quam originem. Caput XIIII
Quod Siſenna in libris hiſtoriarum aduerbij huiuſcemodi ſæpenumero uſus eſt cælatim, uellicatim, ſaltua

Landesbibliothek Oldenburg

tim. Caput XV

CAPITA TERTIIDECI-
MI LIBRI.

Nquiſitio uerborum iſtorum M.Tullij cu-
i rioſior, quæ fuit in primo Antonianarum
libro, multa autem ipendere uidentur præ
ter naturam etiam, præterq́; fatum, tractatumq́; an
idem duo iſta ſignificent, fatum, atq; naturam, an di
uerſum. Cap. I

Super poetarum Pacuuij, & Accij colloquio familiari in oppido Tarentino. Caput II

An uocabula hæc neceſſitudo, & neceſſitas differenti ſignificatione ſint. Caput III

Olympiadis Alexandri matris comis, ac prudens ad filium reſcriptio. Caput IIII

De Ariſtotele, & Theophraſto, & Menedemo philoſophis, deq́; eleganti uerecundia Ariſtotelis ſucceſſorem Diatribæ ſuæ eligentis. Caput V

Quid ueteres latini dixerunt, quas græca προσῳδίας appellant: & item quod uocabulum barbariſmi nō uſurpauerint neq; Romani antiquiores, neq; Attici. Caput VI

Diuerſum de natura leonum dixiſſe Homerum in carminibus, & Herodotum in hiſtorijs. Cap. VII

Quod Afranius poeta prudenter, & lepide ſapientiam filiam eſſe uſus, & memoriæ dixit. Caput VIII

Quid Tullius Tiro in commentarijs ſcripſerit de ſucu-